

*iudicare* (f), postea vero in priuatis iudiciis, cum res ipsa pati non videretur, praetorem populi a grauioribus auocatum, in humilibus his occupari, iudices dandi licentiam eum accepisse, vt VLPIANVS (g) testatur, qui secundum ius a praetore, in constitutione iudicii & formula praescripta, decretum iudicarent, in quorum arbitrio & potestate, etsi a formula praescripta resiliere non quiuerint, *facti quaestiones*, teste PAPINIANO (h) fuerunt, vt de his, perinde vt legati prouinciarum & proconsules, *ex animi sui sententia* (i) & prout *religio suggerebat* (k), cognoscere & sententiam ferre potuerint. Quamobrem, cum *facta* varia, incerta ac infinita sint, praesides ne quidem consulentibus de iis iudicibus respondere debuerunt, verum

- (f) Nihil igitur est, cur mireris, nonnunquam *ius dicere & iudicare* siue cognoscere & sententiam ferre, indifferenter vsurpari, etiam apud ICTos illius aevi, quo seinncta fuerunt *ius dicentis & iudicantis* officia. Vid. L. 19. D. de Offic. Praef. & LVD. CHAROND. cit. l. §. 5. ipsumque praetorem *iudicem*, licet *improprie* adpellari ab VLPIANO Libr. 2. ad Ed. in L. 1. D. de Iud. AFRICANO. libr. 8. quaest. in L. 34. D. solut. matrim. PAULO Libr. 1. ad Ed. in L. 2. D. si quis in ius voc. non ier. & aliis, vid. tot tit. D. de rebus aut. iud. poss.
- (g) Libr. 2. de off. quaest. in L. 3. D. de iurisd.
- (h) apud MARCIANVM libr. sing. ad SCtum Turpil. in L. 1. §. 4. D. ad SC. Turpil. & Libr. 15. Quaest. in L. 15. D. ad municip.
- (i) L. 3. §. 1. D. de testib.
- (k) L. 2. D. quis a quo appellet. L. 79. §. 1. De de Iudic.

B